



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1634

Operis Institutvm.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70090)

OPERIS INSTITVTVM.



Non fuit hoc meum consilium, post tot Rhetoricas præceptio-
nes, tot locis, & manibus sparsas, malè recoctam (quod aiunt)
cramben fastidioso præsertim huius sæculi palato obijcere.
Quinimò, huius operis institutum est, quicquid in sacra huma-
naque Eloquentia spectabile, illustri loco ponere, & variorum
ingeniorum sæculorumque virtutes, in vnum veluti perfectionis corpus in-
cludere.

Quod autem attinet ad præcepta, non minutias quasdam puerilis erudi-
tionis sum consecutus, sed grauiorem eloquentiæ speciem ex præstantissi-
morum Rhetorum, maxime Græcorum, qui modò rariores sunt, iudicijs &
sensibus exprimere conatus sum: Deinde apparatusissimam ex Græcis Latinis-
que fontibus exemplorum copiam Παράλληλων artuli, & ubi res postulabat,
nostra interpretatione, notisque illustraui.

Aspersi quoque mediocriter, prout argumentorum conditio ferebat, ve-
terum eruditionem; & rationem eam dicendi tenui, quæ neque nimis spif-
sa esset, aut producta: neque tenuis & inornata; vt interdum præceptorum
austeritas eloquentiæ veluti succo perfusa mitesceret.

Præterea pigmenta quædam eloquentiæ, qualia sunt Hieroglyphica,
symbola, parabola historica, emblemata, separato libro edidi, qui iam se-
licet alite prodijt in lucem.

Hæc ego, Deo auspice, iuuentutis studijs consulens, ne ἀπόβολος ex hac
literaria prouincia, quam iam per multos annos obtineo, discederem, quæ tu,
Lector, pro tuo candore, beneuolo animo accipies: si qui autem fuerint
(quod non est desperandum) liuidorum oculi, meminerint, ἴσως μωροῦτος,
ἢ μωροῦτος tum, pueriliter infelicis, & male feriat ingenij esse, famam alienam
cum obscurare honestè non possit, per inuidiam allatrare.

APPROBATIO.

STEPHANVS CHARLETVS, Prouincialis Societatis IESV in Pro-
uincia Francia, potestate ad id mihi facta ab admodum R. P. N.
Præposito Generali MYTIO VITELLESICO, Facultatem concedo, vt
P. NICOLAI CAUSSINI de Societate IESV Sacerdotis, de Sacra &
humana Eloquentiæ Parallelis libri, eruditorum ex eadem Societa-
te nostra virorum iudicio, typis excudantur.

STEPHANVS CHARLETVS.

Datum Flexia 19. Nouembris, 1617.